

MANUEL V. FEBRER ROMAGUERA  
JOSÉ ROYO MARTÍNEZ  
JOSE R. SANCHIS ALFONSO

## FELIPE IV, MEDIANTE CARTA REAL, EN 1621 INDEMNIZA A LA CONDESA DE ALAQUÀS POR LA EXPULSIÓN DE LOS MORISCOS

La expulsión de los moriscos en 1609 no solo supuso una importante pérdida demográfica en el Reino de Valencia sino que sus consecuencias se irradiaron a todos los ámbitos de la economía valenciana. La nobleza se vio especialmente perjudicada por esta situación y buen ejemplo de ello es la misma condesa de Alaquàs.

Pretendemos analizar en este artículo una carta real del rey Felipe IV otorgada en 1621 para indemnizar en parte a la condesa de Alaquàs por las consecuencias de la expulsión en sus señoríos.

Tras las expulsión, y durante gran parte del siglo XVII, la nobleza valenciana continuó en serios apuros económicos, agudizándose su situación anterior, al depender los ingresos en buena medida de la producción agraria, y como consecuencia de la lenta recuperación del campo <sup>(1)</sup>.

Quien pagó los platos rotos de la crisis fue la burguesía urbana. Los señores que tenían un endeudamiento crónico habían ido recibiendo cuantiosas sumas en préstamo mediante un antiguo tipo de hipoteca llamado censal, para su garantía utilizaron propiedades suyas y en otras eran sus vasallos moriscos los que se obligaban. Con su desaparición se planteó quien pagaba las pensiones. Las pragmáticas dadas en 1614 y 1622 obligaron a pagar las pensiones a los señores pero reduciendo su interés al 5% <sup>(2)</sup>, con numerosas consultas al rey sobre cómo dar una solución a las problemáticas planteadas <sup>(3)</sup>.

Por su parte, la conflictividad entre la corona y los señores llegó a casos extremos, así éstos además de los bienes de los expulsados en sus señoríos pretendían quedarse con las tierras de moriscos en los realengos.

---

(1) ARDIT LUCAS, Manuel, "Los Moriscos" en Historia del Pueblo Valenciano, Valencia, 1988, v. II, p. 450-451.

(2) Op. Cit. 451-452.

(3) TORRES MORERA, Juan Ramón, Repoblación del Reino de Valencia después de la expulsión de los moriscos, Valencia, 1969, p. 147-148.

Ante la ruina económica de los miembros de la nobleza, la corona acudió en su socorro y además de las donaciones de las tierras de los moriscos en las zonas de realengo y de la reducción de los intereses de los censales, recibieron como vamos a ver pensiones anuales de alimentos por concesión real. Otros nobles beneficiados fueron el duque de Gandía con casi 8.000 libras, el marqués de Guadalest con 1.500 libras, el conde de Real con 1.000 libras, etcétera. Además de importantes cantidades a fondo perdido (4).

A pesar de las indemnizaciones anteriores recibidas por la condesa de Alaquàs del rey Felipe III, por la expulsión de la población musulmana de Alaquàs y Bolbait, y por otros señores, y a la vista de no haberse solucionado el endeudamiento de la nobleza valenciana, el monarca Felipe IV, ante las presiones de ésta, realiza nuevas indemnizaciones como la que ahora damos a conocer referida específicamente a la condesa de Alaquàs y baronesa de Bolbait, en la que el monarca Felipe IV le asigna 3.000 libras valencianas en deudorios (1.248 libras), establecimientos (783 libras) y censales (969 libras), para que perciba su renta anual.

El deudorio era una pensión anual proporcional al precio de la venta de un inmueble (a menudo el 5%) en concepto de los frutos que producía el bien vendido, que el adquirente debía satisfacer al enajenante en el que se pactaba que el pago de su precio se realizaría en un futuro, determinado o indefinido, formula muy utilizada en la Valencia del Antiguo Régimen (5).

El establecimiento era la formula habitual utilizada por los señores en sus dominios para ceder una propiedad inmueble, normalmente en enfiteusis, reservándose para sí el dominio directo, para que éste la explotase directamente a cambio de reconocer el dominio señorial y comprometerse al pago de censos, luismos y fadiga.

El censal era un instrumento de crédito por el cual el receptor de un préstamo en metálico se comprometía al pago de una pensión anual al prestamista en tanto no redimía o el capital inicial. Como garantía de pago el receptor cargaba el censal sobre un bien de su propiedad que podía ser ejecutado judicialmente en caso de impago (6).

---

(4) CISCAR PALLARES, Eugenio, "Las consecuencias de la expulsión de los moriscos" en Nuestra Historia, Valencia, 1980, v. IV, p. 272. Vid. del mismo autor Tierra y Señorío en el País Valenciano (1570-1620), Valencia, 1977, p. 292-293.

(5) Diccionario Histórico de la Comunidad Valenciana, Valencia, 1992, v. I, p. 304.

(6) Vid. ANDRÉS, Fernando, la voz "censal" en Diccionario Histórico de la Comunidad Valenciana, Valencia, 1992, v. I, p. 222.

La distribución y pago de esta cantidad, valorada por el receptor de la Bailía de Valencia el 3 de marzo de 1620 se realizó del siguiente modo:

En deudorios, 1.248 libras a cuenta de uno, en Murviedro, perteneciente a de don Pedro Bellvís, de 1.494 libras de capital. Las restantes 246 libras se asignaron a otro señor, el noble don Alonso Villaragut.

En establecimientos, un total de 783 libras, correspondientes a dos establecimientos. uno en tierras de Agullent a Blas Rodríguez de Losada, por valor de 1.130 libras, asignándole a la condesa de Alaquàs el dominio directo, el censo, la fadiga y luismo sobre dichas tierras en valor de 80 libras, estando el resto dadas a otros señores, la condesa del Real, doña Francisca Catalán, don Diego Mercader y don Baltasar de Monpalau. El otro establecimiento en tierras de Penaguila otorgado a Vicente Pujacions y Jaime Cantó por Miguel Jerónimo Valero, por valor de 1.400 libras, asignándole a la condesa de Alaquàs los derechos sobre estas tierras por valor de 700 libras, reservando el resto a la condesa del Real y a don Francisco Catalán. Al faltarle 3 libras en este apartado se le asignaron en el siguiente correspondiente a los censales.

En censales, un total 969 libras a cuenta de varios de ellos, 87 libras y 5 sueldos de deudas que se debían a moriscos vecinos de Bolbait, vasallos de la condesa de Alaquàs, y otros de diferentes poblaciones que a continuación especificamos.

DEUDOR	PROCEDENCIA	IMPORTE CENSAL	FECHA
Pedro Sanz	No consta	29 L.	
Jaime Veana	Alcudia	38 L.	
Tomás Martí	Abad	19 L. 3 s. 4 d.	09-03-1617
Viuda de Aguilona	Almussafes	25 L.	10-03-1617
Esteve Ridaura	Albal	41 L.	09-03-1617
Esteve Ridaura y Catalina Pujalt	Albal	13 L. 8 s.	09-03-1617
Vicente Garcia	Albal	17 L.	26-05-1617
Juan Boil	Almussafes	70 L.	06-03-1617
Simón Monzón	Albal	60 L.	09-03-1617

Catalina Pujalt	Albal	50 L.	09-03-1617
Vicente Marín	Albal	50 L.	26-07-1617
Salvador Martí	Almussafes	20 L.	28-05-1617
Juan Pérez	Almussafes	20 L.	28-05-1617
Juan Fenci	Almussafes	25 L.	28-05-1617
Monserrat Morana	Alcudia	15 L.	18-04-1617
Felipe Aragonés	Alcudia	15 L. 1 s. 8 d.	12-06-1617
Bartolomé Escolano	Alcudia	18 L.	08-02-1618
Pedro Pons de Francisco y Salvador Quiles	Alginet	30 L.	16-03-1617
Pedro Lozano	Alginet	78 L. 13 s. 10 d.	01-06-1617
Miguel Simon	Alginet	60 L. 9 s. 6 d.	01-06-1617
Miguel Belví	Algemesí	205 L.	12-10-1617
Bartolomé y Miguel Puig y Pedro Cursa	Algemesí	45 L.	31-03-1617
Jaime Montiel	Algemesí	6 L.	18-04-1617

Al faltar para el cumplimiento de las 3.000 libras la cantidad de 18 sueldos y 4 dineros se acordó entregarlo en efectivo.

1621, agosto, 24, Madrid.

*Donación real de Felipe IV a la condesa de Alaquàs y baronesa de Bolbaite de 3.000 libras en debitorios, censales y establecimientos en compensación por los daños sufridos como consecuencia de la expulsión de los moriscos.*

A.R.V. Varia. Caja: 56. 1 (bis). Copia de 1703.

Comitissa de Alaquas.

In Dei nomine amen. Pateat cunctis quod nos Philippus Dei gratia rex Castellae, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliae, Hierusalem, Portugaliae, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galletiae, Maioricarum, Hispalis, Sardiniae, Corduvae, Corsicae, Murtiae, Giennis, Algarbii, Algecirae, Gibraltaris, Insularum Canariae, nec non Indiarum Orientalium et Occidentalium, insularum et terrea firmae maris Oceani, archidux Austriae, dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Athenarum et Neopatriae, comes Abspurgii, Flandriae, Tirolis, Barcinonae, Rossillionis et Ceritaniae, marchio Oristani et comes Goceani. Cum multa sint quae regum et principatus famam augere solent nec tam praecipuum est quod possit tantum nominis decus et gloriam eorum perpetuare, quam cum in eos qui pro ipsorum statu et diadema te nec amplas fortunas et bona amittere nec vitam etiam suma in discrimine ponere dubitarunt regiam remunerationem et gratitudinem student demonstrare ac obsequiorum non immemores reperiuntur; unde considerantes damna jacturas et ruinas quae titulati barones et aliae generosae personae nostri regni Valentiae qui loca a mauris culta in eodem regno possidebant occasione expulsionis dictorum maurorum ab eodem regno iussu et mandata serenissimi regis patris et domini nostri indelebilis memoriae factae pertulerunt nec non necessitates et incommoda quae hac de causa sibi evenerunt, nostrum esse duximus (quamvis idem serenissimus rex pater et dominus noster post ipsam expulsionem in dictorum damnorum reparationem aliquas terras in realenco existentes eisdem donaverit modo et forma in donatione contentis) in signum et significationem nostrae erga eos benevolentiae et in dictorum damnorum restaurationem et ut omnibus constet quanti ipsorum fidelitatem et animi promptitudinem ad nobis inserviendum facimus alia gratia, mercede, compositione seu retributione afficere praeter debita usque alienum per cristianos veteros dicti mauris suis vassallis expulsis debita et debitum et per commissarios nostros ad dicta bona vendendum destinatos non liquidata exacta nec recuperata seu exactum liquidatum et recuperatum de quibus seu de quo seorsum gratiam facimus. Qua propter tibi egregiae comitissae de

Alaques possidenti baroniam de Bolbait in dicto Valentiae regno, tamquam uni ex dictis titulatis baronibus et generosis personis qui dicta damna passi sunt, ter mille libras in debitoriis censualibus et stabilimentis inferius inserenendis et cum conditionibus exprimendis assignare et consignare seu potius debitoria, censualia et stabilimenta iam dicta in te transferre et transportare decrevimus. Tenore igitur praesentis de nostra certa scientia regiaque auctoritate deliberate et consulto ac ex gratia speciali tibi dictae comitissae de Alaques et sucesoribus tuis in dicta baronia de Bolbait ter mille libras monetae regalium Valentiae in reparationem praedictorum damnorum pro una vice tantum damus, donamus, gratioseque et liberaliter elargimur easque tibi assignamus et consignamus in et super debitoriis, censualibus et stabilimentis infrascriptis, videlicet in debitoriis mille ducentum quadraginta octo libras, in stabilimentis septingentum octuaginta tres libras, et in censualibus noningentium sexaginta novem libras.

Et debitoria sunt sequantia:

En Murviedro. Del debitorio de don Pedro Bellvis de propiedad de mill quatrocientas noventa y quatro libras que se assignan a la dicha condesa, las mill ducientas quaranta y ocho libras que son las que caben en debitorios y las restantes ducientas quarenta y seis libras se han assignado a don Alonso Villaragut.

Lo assignado en establecimientos.

En Agullent. Del establecimiento hecho a Blas Rodríguez de Losada de tierras en termino de Agullent estimadas en mill ciento y treinta libras se assigna a la dicha condesa el dominio directo y censo fadiga y luismo de tierras en valor de ochenta libras como lo demás esté assignado a la condesa del Real y doña Francisca Catalán y a don Diego Mercader y a don Balthasar de Monpalau.

En Penaguila. Del establecimiento hecho por Miguel Gerónimo Valero a Vicente Pujaçons y a Jayme Cantó de tierras en Penaguila estimadas en mill y quatrocientas libras con aucto que passó ante Jusepe Estornell a veinte y cinco de junio mill seiscientos diez y siete se assigna a la dicha condesa el dominio directo, censo, fadiga y luismo de tierras en valor de setecientas libras, como lo demás se haya assignado a la condesa del Real y a don Fracisco Catalán. Las tres libras que faltan se han dado en censales.

Lo que se assigna en censales:

A quenta lo que ha de haver en censales la condesa de Alaquàs se le assientan ochenta y siete libras y cinco sueldos que ha cobrado de deudas que se debían a moriscos vecinos de Bolbait vassallos suyos conforme a las memorias hechas por Gerónimo Valero, es a saber: De Pedro Sanz de Cinguera [sic] veinte y nueve

libras que debia a Pedro Gelel moro, y de Jayme Veana del Alcudia treinta y ocho libras que debia a Juan Fernández moro, las quales dos partidas montan las dichas ochenta y siete libras y cinco sueldos de los censales formados por diligencias del dicho Miguel Gerónimo Valero. El censal de Thomàs Martí de Abad de diez y nueve libras tres sueldos y quatro dineros con aucto ante Jusep Montoliu a nueve de marzo mill seiscientos y diez y siete. Otro de la viuda de Aguilona de Almuçafes de veinte y cinco libras, aucto ante el dicho Montoliu a diez de marzo mill seiscientos y diez y siete. Otro de Esteve Ridaura de Albal de quarenta y una libras, aucto ante el dicho Montoliu a nueve de marzo de mill seiscientos diez y siete. Otro del mismo y de Catalina Pujalt, su muger, de trece libras y ocho sueldos, aucto ante el dicho notario dicho dia. Otro de Vicente García de Albal de diez y siete libras, aucto ante el dicho notario a veinte y seis de mayo mill seiscientos y diez y siete. Otro de Juan Boil de Almuçafes de setenta libras, aucto ante el dicho Montoliu a seis de marzo mill seiscientos diez y siete. Otro de Simón Monzón de Albal de sessenta libras, aucto ante el mismo notario a nueve de marzo del dicho año. Otro de Catalina Pujalt de cinquenta libras, aucto ante Montoliu a nueve de marzo del dicho año. Otro de Vicente Marin de Albal de cinquenta libras, aucto ante Pedro Juan Chova a veinte y seis de jullio [sic] del dicho año. Otro de Salvador Martí de Almuçafes de veinte libras aucto ante el dicho Montoliu a veinte y ocho de mayo del dicho año. Otro de Juan Pérez de Almuçafes de veinte libras, auto ante el dicho Montoliu a veinte y ocho de mayo del dicho año. Otro de Juan Fenci de dicho lugar de veinte y cinco libras aucto ante el dicho notario el dicho dia. Otro de Monserrat Morana del Alcudia de quinze libras aucto ante el dicho Montoliu a diez y ocho de abril del dicho año. Otro de Phelipe Aragonés del Alcudia de quinze libras un sueldo y ocho dineros aucto ante Jusepe Estornell a doce de junio del dicho año. Otro de Bartholomé Escolano de Alcudia de diez y ocho libras auto ante Estornell a ocho de febrero de mill seiscientos y diez y ocho. Otro de Pedro Pons de Francisco y Salvador Quiles de Alginete de treinta libras auto ante Jusepe Montoliu a diez y seis de marzo de mill seiscientos y diez y siete. Otro de Pedro Lozano de dicho lugar de setenta y ocho libras trece sueldos y diez dineros auto ante el sobre dicho Montoliu al primero de junio de mill seiscientos y diez y siete. Otro de Miguel Simón de Alginete de sesenta libras nueve sueldos y seis dineros auto ante el dicho notario el dicho dia. Otro de mossén Miguel Belví, clérigo procurador de Margarita Rovira, su madre, de Algemesí de ducientas y cinco libras auto ante el dicho Estornell a doce de octubre mill seiscientos y diez y siete. Otro de Bartholomé y Miguel Puig y Pedro Cursa de Algemesí de quarenta y cinco libras auto ante Montoliu a treinta y uno de marzo del dicho año. Otro de Jayme Montiel de Algemesí de seis libras auto ante el dicho Montoliu a diez y ocho de abril del dicho año. Faltan a cumplimiento de las tres mil libras, diez y ocho dineros [sic] y quatro dineros que se le han de dar de contado.

Praedicta itaque debitoria censualia et stabilimenta modo superius descripta et latius in instrumentis debitoriorum onerationum censualium et stabilimentorum contenta (quae tibi pro titulo et documento tuo dari et liberari volumus per illos ad quem spectet) in solutum dictarum ter mille librarum in perpetuum damus, donamus, assignamus, consignamus, cedimus et transferimus, praetium scilicet proprietatem valorem et estimationem dictorum debitoriorum censualium et stabilimentorum et responsiones et pensiones illorum a die decima tertia mensis martii anni praeterit millesimi sexcentissimi vigesimi in antea et cum declaratione quod si ab ista die in ante usque ad praesentem aliquid exactum fuerit per receptorem nostra Baiulia Generalis Valentiae aut per commissarios nostros quibus praedicta commissa fuere non teneamur ad solutionem nec ad restitutionem quantitatem per eos exactarum. Hanc itaque gratiam assignationem consignationem seu transportationem facimus et facere intendimus tibi dictae comitissae de Alaquàs et successoribus tuis in dicta baronia de Bolbait perpetuo sicut melius dici potest et intelligi ad tuum et illorum salvamentum sanum et bonum etiam intellectum sub tali tamem pacto et conditione et non alias nec alio modo quod nos nec patrimonium nostrum aut facultates nostrae non teneamur ullo unquam tempore aliquo casi cogitato vel incogitato tibi nec illis devictione resartione auto satisfactione aliqua aliquo iure causa vel etiam ratione cogitata vel incogitata nec pro factis propriis aut hypothecis vel obligationibus illorum qui dictas terras venditas et stabilitas possederunt immo hac omnia in quemcumque casum vel eventum quo evitantur sint et esse debeant risco, periculo et pro cumputo tuis quoniam nos huiusmodi gratiam assignationem et consignationem de praedictis censualibus et debitoriis tantummodo facimus facereque intendimus eo iure quo ad nos pervenerunt et spectarunt seu pertinent et spectant et pro ut sunt taliter quod nullo pacto volumus teneri ad aliquid et cum pacto etiam quod non comprehendantur sub huiusmodi gratia assignatione et consignatione pensiones et redditus dictorum debitoriorum, censualium et stabilimentorum iam exactae, ve exacte per nostrum receptorem Baiuliae Generalis Valentiae vel per commissarios nos quibus praedicta fuere nec exigenda usque ad dictam diem decimam tertium mensis martii iam dicti anni millesimi sexcentissimi vigesimi nec deinceps exactae et recuperatae quoniam nos dictos redditus et pensiones exactas penes nos retinemus et reservamus et etiam decursas et non exactas usque ad dictam diem decimam tertiam martii de cursas vero a dicta die decima tertia martii et non exactas tibi concedimus, damus et elargimur. Volentes et expressse decernentes et permittentes tibi dictae comitissae de Alaquas quod si dicta baronia de Bolba[it] est libera et nullo vinculo aut fideicomiso subiecta possis et valeas tibi que liceat dictas ter mille libras convertere in ussus et utilitates proprias vel alias de eisdem disponere pro ut tibi benevissum fuerit, si vero fuerint vinculata aut vinculo et fideicomiso subiecta tunc habeas et sis astrictus convertere dictas ter mille libras in redemptionem et quitationem censualium et solutionem debito-



riorum et aliorum onerum ad quae dicta baronia de Bolbait teneantur ad arbitrium et cognitionem nostri S.S.R. Aragonum Consilii, salvis tamen et reservatis creditoribus tuis et terrarum aut proprietatum ex quarum praetio dicta debitoria censualia et stabilimenta formata fuere omnibus iuribus sibi quomodolibet contra dictam baroniam tuam competentibus pertinentibus et spectantibus et cum dictis pactis et conditionibus et non sine eis alias aliter nec alio modo extrahimus praedicta quae tibi dictae comitissae de Alaquas damus, cedimus et transferimus de iure domino, proprietate et posse nostris eademque omnia et singula in jus dominium proprietatem et posse tuum ponimus et mitimus irrevocabiliter pleno jure ad habendum tenendum omni tempore perpetuo et pacifice possidendum, exigendum et recuperandum et inde in effectus supra expressos convertendum sine contradictione et impedimento nostri et nostrorum nec alterius cuiusvis personae. Mittentes te eodem tenore praesentis in possessionem realem et actualem seu quasi dictorum debitorum censualium et stabilimentorum seu in possessionem percipiendi et recuperandi dictas pensiones percipiendi et recuperandi: Dantes propterea cedentes et mandantes tibi dicta comitissa de Alaquas et tuis successoribus perpetuo omnia jura omnesque actiones reales et personales mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias quascumque nobis et successoribus nostris competentia et competentes in praedictis debitoriis, censualibus et stabilimentis tibi de super assignatis et consignatis contra quascumque personas, bona et res ratione et occasione eorumdem quibus iuribus et actionibus supradictis possit valeas tu dicta comitissa de Alaquas et tui in dicta baronia successores praedicta debitoria censualia et stabilimenta quae tibi et illis de super damus, cedimus, transferimus et consignamus habere, tenere et pacifice possidere et in effectus supra expressos convertere quemadmodum nos facere poteramus ante praesentem consignationem iuriumque et actionum cessionem possemusque nunc ea non facta et etiam postea quaecumque. Nos enim ponendo et statuendo te dictam comitissam de Alaquas et tuos in baronia successores in locum et jus nostrum facimus et constituimus te et eos in his dominos et procuratores ut in rem vestram propriam ad faciendum modo praemisso vestrae libitum voluntatis. Mandantes tenore praesentis nostrae chartae quibusvis personis in quorum posse dicta debitoria, carricamenta censualium et stabilimenta existant quatenus illa tibi originaliter traddant atque liberent ad solam praesentis ostensionem et tuam simplicem requisitionem recuperando solum apocham tuam de traditione ad sui exonerationem in qua de praesenti nostra concessione fiat mentio designando diem et annum illius; omnibus vero aliis et quibusvis personis ad solutionem dictorum debitoriorum, pensionum, censualium, et in casu quitamenti proprietatum et censum stabilimentorum tentis et obligatis quatenus a dicta die decima tertia mensis martii anni praeteriti millesimi sexcentissimi vigesimi in antea de responsionibus debitoriorum, censualium et stabilimentorum pensionibus et suo casu de proprietatibus illorum tibi integre

respondeant, solvant, numerent et satisfaciant null alio ordine seu mandato petitis nec a nobis expectatis iuribus tamen si qua sunt super terris ex quarum praetiis dicta debitoria censualia et stabilimenta facta et formata sunt ratione census censualis aut directi domini vel alias quomodocumque quibuscumque creditoribus pertinentibus seu pertinere debentibus salvis, illesis et intactis semper remanentibus. Volentes et expraesce decernentes quod praesens nostra gratia, assignatio et consignatio iuriumque translatio sit et esse debeat tibi dictae comitissae de Alaquas et successoribus tuis dicta baronia omni tempore stabilis, realis, valida atque firma nullumque in iudiciis aut extra sentiat impugnationis obiectum, deffectus incommodum aut noxae cuiuslibet alterius detrimentum sed in suo semper robore et firmitates persistat. Declarantes et expraesce protestantes ut supra quod nullum nec intendimus ratione praemissorum ullo unquam tempore casu cogitato vel incogitato teneri de evictione aliqua dictorum debitoriorum, censualium et stabilimentorum nec ad aliquam satisfactionem seu recompensam aliquo jure, causa vel etiam ratione cogitata vel incogitata nec pro factis propriis aut hypothecis illorum qui dictas terras possiderunt cum sit nostrae intentionis non teneri ad aliquid immo in omnem casum et eventum quo per aliquam personam auferantur vel evincantur auto obnoxie declarantur aliquibus creditoribus censualistis violaristis aut aliis quibuscumque personis sit pro computo, risco et periculo tuiet tuorum, quoniam nos ea tantummodo cedimus, damus et transferimus cedereque et dare intendimus eo jure quo ad nos pervenerunt et spectarunt seu pertinent et spectant et pro ut sunt et secundum praesentem statum. Supplentes ex nostrae regiae potestatis plenitudine legibus absolutae omnes et quoscumque deffectus clausularum et solemnitatum omissiones si qui vel quae in praemissis intervenient quibus non obstantibus nostram huiusmodi gratiam assignationem et consignationem ac iurium cessionem vim robur et juris efficaciam obtinere volumus et decernimus. Illustri propterea nobilibus, magnificis dilectisque consiliariis et fidelibus nostris locumtenenti et capitaneo generali, nostro regenti cancelleriam et doctoribus nostrae regiae audientiae, gerentibusque vives nostri generalis gubernatoris, baiulis generalibus, magistro rationali, locumtenenti nostri generali thesaurarii, advocatis et procuratoribus fiscalibus et patrimonialibus, nec non commissario seu commissariis quibus beneficium et conservationem dictarum terrarum et bonorum commissimus debitoribus quoque censualistis et emphitheotis quibus dictae venditae stabilitae et ad consum dattae et concessae sunt et demum justitiis, juratis, alguaciriis, virgariis, portariis, caeterisque demum universis et singulis officialibus et subditis nostris maioribus et minoribus in praedicto nostro Valentiae regno constitutis et constituentibus, ipsorumque officialium locatenentibus seu officia ipsa regentibus et subrogatis praesentibus et futuris ad incursum nostrae regiae indignationis et irae poenaeque florenorum auri Aragonum mille nostris regiis inferendorum aerariis dicimus, praecipimus et iubemus quatenus serie et tenere praesentis inspectis

praemissa omnia et singula pro ut ad eos et eorum quemlibet respective pertinent et spectant iuxta eorum seriem, formam et tenorem tenentes et firmiter observantes tenerique et inviolabiliter observari facientes per quoscumque te dictam comitissam de Alaquas seu procuratorem tuum et successores tuos in possessionem dictorum debitoriorum censualium et stabilimentorum de super consignatorum imponant et immittant possitosque et immissos manuteneant et defendant contra cunctos deque responsionibus debitoriorum pensionibus censualium et de proprietatibus illorum in casu redemptionis et quitamenti nec non de censibus stabilimentorum et de laudimio et aliis juribus emphiteotalibus suo adveniente casu tibi respondere, solvere et satisfacere faciant omni effectum et non contrafaciant vel veniant aut aliquem contrafacere vel venire permittant si gratiam nostram charam habent ac praeter irae et indignationis nostrae in cursum poenam praeappositam cupiunt evitare; et ulterius tibi dictae comitissae de Alaquas cum praesenti gratiose remittimus omne jus sigilli pro praesenti gratia assignatione et consignatione in nostra regia Aragonum cancelleria debitum, non obstantibus quibusvis pragmaticis eiusdem, quibus pro hac vice et in hoc casu tantum derogamus in caeteris vero in suis robore et firmitate permansuro, et ut praedicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate promittimus sub nostra bona fide et verbo regali attendere, tenere, complere, et observare ac teneri et compleri facere et mandare modo et forma praexpressis. Haec igitur omnia et singula quae dicta sunt supra et promissa facimus, pasciscimur, convenimus et bona fide promittimus tibi dictae comitissae de Alaquas et tuis in dicta baronia successoribus nec non et secretario nostro et notario infrascripto tanquam publicae et authenticae personae pro te et aliis cui interit recipienti, paciscenti ac etiam legitime stipulanti.

Quod est actum in oppido nostro Madriti die vigesima quarta mensis augusti anno a Nativitate Domini millesimo sexcentesimo vigesimo primo; regnorumque nostrorum primo.

Sig[signo]num Philippi, Dei gratia regis Castellae, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliae, Hierusalem, Portugalliae, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galletiae, Maioricarum, Hispalis, Sardiniae, Corduvae, Corsicae, Murtiae, Giennis, Algarbii, Algecirae, Gibraltaris, Insularum Canariae, nec non Indiarum Orientalium et Occidentalium, insularum et terreae firmae maris Oceani, archiducis Austriae, ducis Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Athenarum et Neopatriae, comitis Abspurgii, Flandriae, Tirolis, Barcinonae, Rossillionis et Ceritaniae, marchionis Oristani et comitis Goceani; qui praedicta laudamus, concedimus et firmamus eisdemque sigillum regium commune iussimus apponendum.

Yo el Rey.

Testes que praemissis fuerunt praesentis sunt illustres dominos Joannes Hurtado de Mendoza, dux del Infantado, praefectus maior equitatorum suae maiestatis, don Gaspar de Guzman, comes de Olivares, don Philippus de Haro, marchio del Carpio, simul et egregii don Manricus de Silva, comes de Portalegre, et don Jacobus Emmanuel de Cardenas, omnes cubicularii praefatae maiestatis.

Sig[signo]num Joannis Laurentii de Villanueva Sacrae Catholicae et Regia Maiestatis praefatae et consiliarii eiusque autoritate per universam terram et ditio-nem suam publici notarii qui praemissis una cum prae-nominatis testibus interfuit et de eiusdem mandato scribi fecit et clausit; constat de rassis in foleo tertio pagi-na prima linea octava ubi legitur diez y ocho sueldos y quatro dineros et in ipso foleo pagina II linea XVIII et expraesce decernentes.

Vidit Roig, vicecancellarius.

Vidit Carvajal Agurto pro thesaurario generali

Vidit Perez Manrique, regens.

Vidit don Franciscu de Castelvi, regens.

Vidit don Salvator Fontanet, regens.

Vidit Villar, regens.

Vidit Villanueva, pro conservatore generali.

Dominus rex mandavit mihi Joanni Laurentio de Villanueva in cuius posse sua maiestas concessit et firmavit vissa per Roig vicecancellario, Agurto pro genera-li thesaurario Fontanet, Manrique, Villar et Castelvi, regentes cancellariam, et me pro conservatore generali.